



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

De partibus orationis mentalis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

nec ullam habeant illorum persuasionibus resistendi virtutem. Quæ causa fuit, cur dicere soletet Abbas Agathon nullum esse laborem orationis exercitio similem, eo quod demones non ignari sese debiles omnino esse adversus eos, qui illi sese dedunt, adeo illos fortiter impugnant, ut omnino mirum sit, si illam non derelinquant. Has igitur superandi difficultates methodum deinceps exponemus.

*In vita
Patrum.*

De partibus orationis mentalis.

ANtequam caput istud concludamus, orationis mentalis partes exponamus. Tribus igitur illa partibus principalibus constat, scilicet *preparatione*, *meditatione* & *affectione*, quæ respondent tribus animæ nostræ potentiis, quas orationi impendimus; *Preparatio* etenim spectat ad memoriam, *meditatio* ad intellectum, & *affectio* ad voluntatem. Tria autem hoc in exercitio facimus. Primò materiam congerimus, illamque intellectui, utpote objectum, circa quod discurrendo occupari nos oportet, repræsentamus. Secundò illam consideramus, ruminamus ac digerimus, demum nos resolvimus opere ipso exequi illa omnia, quæ nobis facienda visa sunt. Atque ita memoria repræsentat, intellectus meditatatur, atque illuminatur, & voluntas denique sanctis affectibus, bonisque virtutum practicandarum desideriiis ac resolutionibus adimpletur.

*Partes
orationis
mentalis
tribus ani-
mæ po-
tentiis re-
spondent.*